



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CXXXV. Ioannis Papae VIII. Ad Theodoricvm Et Isaac Episcopos.
Praecipit vt excommunicent eos qui Vviperto comiti filium eripuerant, &
regionem illam populabantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

EPISTOLA CXXXV.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD THEODORICVM ET ISAAC EPISCOPOS.

Præcipit vt excommunicent eos qui Vviperto comiti
filium eripuerant, & regionem illam
populabantur.

*Reuerendissimis & sanèissimis Theodoricō archiepiscopo,
& Isaac episcopo.*

NOVERIT vestra religiositas, quia VVipertus comes
reclamans pontificio nostro retulit, quod quidam sui
homines malefactores suum filium sustulerint, & cum eo
terram prædauerint. Quapropter dirigimus, vt nostra apo-
stolica auctoritate illos excommunicetis, quo relictis ta-
libus deprædationibus ad patrem & seniorem redeant, &
pacifice viuant. Data vt supra.

EPISTOLA CXXXVI.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD HVGONEM COMITEM.

Monet vt quosdam facinorosos puniat.

Hugoni glorioſo comiti.

REFERENTE videlicet hoc viro nomine .. audiuiimus,
quod vestri homines, maxime Conterius suos equos
tollentes suas mansiones prædassent. Quapropter hortan-
tes monemus, vt pro apostolorum reuerentia, & nostro
amore quam petiit iustitiam illi facere satagatis. Ita agat in
hoc vestra nobilitas, vt auctoram credidimus, vt & ipsi ma-
lefactores nostri excommunicentur, quia nos tale nefas,
vt non vlciscatur, demittere nequimus. Data vt supra.